



73-10

105-104

11

Band II



L 5 459.3

Archiv 104

No 545-704.

Q. F. F. Q. S.

Cum

Moderatore Rerum Humanarum

Opt. Max.

FASCES CONSULIS REGENTIS,

V I R O

*Magnifico, Prænobilissimo, Excellentissimo, Amplif-
simo, Doctissimo atq; Consultissimo,*

**D_N. JOHANNI
PETRO HENRICI**

J. U. L.

Dynastæ in Meschwitz & Jesnitz / Consuli Reipublicæ
Budissinensis hætenus meritissimo, ac
Mulagetæ Benignissimo,

unanimi

Amplissimi Senatus consensu

Die 28. Januarii A. O. R. M DCCXII,

quinta vice

preferrentur,

submissæ oblationis atq; gratissima

animi ευχαριστος monumenta

ponere

volebat, debebat

Cliens humillimus

Georgius Kahre / Gymn. Budiss. Alumn.;

Budissa, Literis Richterianis.



Errarum quondam domini, belloq; superba
Quirini soboles, vastum dominata per orbē,
Quæ populos fastu tumidos præcepta do-
Cujus & arbitrio leges & jura petebant; (cebat,
Principio reges rerum terræq. potentes,
Cultu observabant multo: quos deinde sequuntur,
Queis populus fasces insignes anteferebat,
Et quibus addebat tacito terrore secures.
Ordinis hic decor ac insignia justa fuere,
Consulis hic ornatus erat sublimis & amplus;
Quos elegerunt, quando finiv erat annus,
Cum prior ac gelidus caperet primordia mensis,
Quiq; suum nomen profert a nomine Jani.
Sancta Dies nobis quoq; summis splendet ab astris!
Nostra replent [lætor] plausu nova gaudia corda,
Exultant cuncti gaudentes atq; triumphant,

Urbs

Urbs sterpitat cupidis & sanctis undiq; votis,
Et Musæ, dulces plaudunt Heliconis Alumni,
Ordo Patrum sanctus totâ venerandus in urbe,
[Ecce diem!] celebrat sua nunc suffragia lætus,
Lætitiis resonant festivis undiq; plautus.
Romani cedant procul hinc! hæc festa dierum
Paganis illis multo majora refulgent,
Ex Domino veniunt, nostris benedicit Jövah,
Hisce Deus nutu pollens, his dextra tonantis
Prospiciet certo defendet [credite] Numen.
Verum, quid sperare juvat? cum tempora læta
Numinis ardoris summi monumenta revelent,
Integer ordo Patrum floret, quem ferrea fata
Turbarunt, prostant nunc pectora digna virorum,
Nunc sacer ordo suum potis est assumere florem,
Ornataq; novo decorantur mœnia nostra,
Cum Consul prudens urbis fortitur habenas,
A quo depressi quærant solamina cives,
Quem penes est urbis nostræ pars magna salutis,
Quo florente diu nutans Respublica stabit,
Ufu qui crebro tentavit plurima facta.
Hinc vireat, vigeat, frondescat & usq; virelcat,
Præfidiis

Præsidioq; DEi sit felix sitq; beatus!
Hæc urbs cum Musis ipso florente virebit,
Thespiadumq; chorus Te magno Consule crescet,
Sunt equidem falces duri, sunt munera dura;
Hoc opus, hæc opera est, tantos perferre labores;
Ast tibi succurret coelo Rex magnus Olympi,
Numinis alma manus tua munera prosperet ipsa.
Consulis est sanctum nomen, qui consulit apte
Consiliisque bonis urbis bona cuncta gubernat,
Civibus auxiliare tuis, Benefactor amande,
Perpetuoque tuo Musas amplectere amore;
Sic studiis sua laus, & gloria justa manebit,
Meque favore tuo digneris, magne Patrone,
Ut studiis tutus possim invigilare disertis,
Urbis concedas Capiti, DEus optime, vires!
Si Caput est firmum, quoque languida membra
vigebunt.



Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1066905 1